Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26568
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et pulsit oculum eius et exceccauit eum. et vox magna
exiuit de ore eius dicens. Iuliane iniuste et con
tumiate in tenebris deliberasti manducare organum
omnis corporis mei et abstulisti lucem meam que
benedicebat nomen dei celestis iuste et ipse lumen
tuum perdidisti. Cloquium celeste venit in terram tua
et exceccauit lumen oculorum tuorum. et hanc iniuriam
audiens iuliamus duas sagittas emisit vnam
contra cor eius aliam contra latus eius et ita finita
est. Venit quidam de gente eius qui et ipse
credidit per beatam ynam et fecit mausoleum in
templo appollinis et collocauit eam ibi. Confir
mata est autem beata yna vgo. vi. kalendas augusti
laus xpo ihu filio dei metuum.

+ pax + pax + pax